FK 133
3

Pro Ludis Thea[tralibus]
& Dramatibus [...]
lis repraeſentandis.

II g
500

X 1 86 0724

Εἰ ὁ θεὸς μὴ ἐναντιοῖτο.

DANIELEM SCHOLICO-THEO-NEIROCRITEN,

In ædibus

NOBILISSIMI & AMPLISSIMI

SENATUS

Vulgo

Breyhan-Hauß

dictis,

Ἐν τῇ εὐρυαγυίᾳ,

ad diem 6. Maji. M DC XCI.

Horis ab ipſa ſecunda pomeridianis

Dramate exponendum

denunciat

Jonas Gelenius, Cruc. Rector.

BASILIUS M.

Οὐ πρὸς ἐπίδειξιν, ἀλλα τὴν (τῆς νεότητος) ὠφέλειαν.

DRESDÆ,
Literis Immanuelis Bergenii.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-3418-p0001-7

GRavioribus curis aliqvando interponendam eſſe qvietem, animumqve ſeverioribus fatigatum ſtudiis honeſto otio laxandum, non una tantum & conſtans, ſed & contritiſſima Sapientum eſt ſententia. Ut enim, dicente alicubi Seneca, (1.) fertilibus agris non eſt imperandum, cito namq; exhauriet illos nunqvam intermiſſa fœcunditas: ita animorum impetus aſſiduus labor frangit, naſciturqve ex aſſiduitate illius non corporis tantum laſſitudo, ſed animorum etiam hebetatio qvædam & langvor. Contra alterna qviete excitatur alacritas, levatur faſtidium, qvod ex nimia & animi & corporis contentione oriri ſolet, adeò ut non minus ex vero, qvàm eleganter Aqvilinus Poeta canat: (2.)

- - - *Vires inſtigat* (Lipſius: *inſtillat*) *alitq;*
Tempeſtiva qvies: major poſt otia Virtus.

(1) De tranqvill. animi c. ult.
(2) Papinius Statius. conf. Barth. Adv. l. 6. c. 1.

Otii verò nomine non deſidioſiſſimam illam & inertiſſimam intelligunt ignaviam, qvâ multi mortales, ventri tantum dediti ac ſomno, indocti incultiqve vitam ſicut peregrinantes tranſeunt; ſed negotioſum illud & honeſtum otium, de qvo Scipio, ille qvi primus Africanus appellatus eſt, teſte Catone, ejus ferè æqvali, dicere ſolitus eſt: (3) nunqvam minus otioſum ſe eſſe, qvàm cum otioſus, nec minus ſolum, qvàm cùm ſolus eſſet. Illud otium qvod Baſilius Magnus (4) maximam actionem ſuam: qvod Plinius Secundus (5.) otium dulce honeſtumqve ac penè omni negotio pulchrius eſſe dixit: nimirum qvando remiſſa tempora & à publicis negotiis feriata, vel libris veterum ruminandis, vel alteri cuipiam honeſtæ rei peragendæ expenduntur, atqve ita intervalla negotiorum, non jucundo minus, qvàm ſalutari otio diſpunguntur. Si qvod autem honeſti otii genus eſt, qvod non tantùm animum hominis jucundiſſima oblectatione perfundat, ſed & inſignem in omnes vitæ partes afferat utilitatem, ſpectacula ſunt, & ludi qvi vocantur theatrales, qvi non ad publicam tantum lætitiam & exercitationem Virtutis, verùm ad privatam qvoqve recreationem à Sapientiſſimis Rerumpublicarum Rectoribus non permiſſi ſolùm, ſed & inſtituti ſunt. Non eqvidem ſum neſcius infame, humile, atqve ab honeſtate remotum fuiſſe apud Veteres Romanos rem tractare hiſtrionicam, (6) qvare non alii ferme apud eosdem ludiones, qvàm mancipiorum manipuli, cataſtarum præſertim ac venalitiorum,

Et qvorum titulus per barbara colla pependit,
Cælati medio cùm ſaliere foro.

(3) Cic. III. Offic. c. 1.
(4) Ep. 36.
(5) lib. 1. Epiſt. 9.

Ac licet qvidam honeſtiores paulò, tamen non adeò magno in pretio, munerumqve civilium ac honorum expertes fuere; hinc Cicero de Roſcio: (7) *Etenim qvùm artifex ejusmodi ſit, ut ſolus dignus videatur eſſe, qvi in ſcena ſpectetur, tum vir ejusmodi eſt, qvi eo non accedat.* Neqve etiam me præterit, qvantâ animi vehementia atqve acerbitate in ſpectacula & ludos theatricos invecti fuere ſancti & priſci Eccleſiæ Doctores, Tertullianus, Cyprianus, Lactantius, Auguſtinus, Chryſoſtomus & alii, (8) Qvid? qvod Salvianus graviſſimus Maſſilienſum Presbyter eò efferbuerit ardoris, ut ſcribere non dubitarit: (9) *Diabolus in ſpectaculis eſt ac pompis ſuis, ac per hoc cum redimus ad ſpectaculum, relinqvimus fidem Chriſti.* Verùm enim verò ut ὕςερον πρώτερον Ὁμηρικῶς agamus, ſi qvis ſolicitius & inqviſitius cum animo ſuo reputaverit cauſam, qvæ piiſſimos mortalium ad deteſtationem ſpectaculorum induxerit, is facile pervidet, eos graviſſimo hoc ſuccenſos zelo, nihil aliud cogitaſſe, voluiſſe atqve egiſſe, qvàm ut novella Chriſti germina à fœdiſſimis gentilium ſpectaculis, in qvibus turpiſſima flagitia idololatriæ, ſcortationis, inceſtuum (ut deteſtandas gladiatorum, mirmillonum, beſtiariorum, threcum, meridianorum, retiariorum, pegmarium lanienas ſilentio prætervehar,) oculis hominum ſubjicebantur, arcerent qvàm longiſſimè. Nec diſpar fortaſſe priſcis Romanis, morum cenſoribus graviſſimis, cauſa fuit

(6) Vid. præf. Cornelii Nep. in Vit. Excellent. Imper. conf. Lamb. in eundem locũ. Douzã in Plaut. Explan. p. 4. Pontan. Annot. in Progym. 100. lib. 1.
(7) Or. pro Qvint.
(8) Vid. Conzen. lib. 3. Pol. c. 13. Dannh. Hodomor. Spir. Calv. Phantas. 6. p. 1302.
(9) l. 6. de gubernat. DEI conf. Dürrii Theol. moral. c. 19. p. 244.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-3418-p0002-3

fuit ut hiſtrionum familias inter poſtremiſſimos mortalium ordinarent. Etenim veterum dramatum argumenta qvæ fuerint ſi perpendimus, juſtiſſimo illorum eos id feciſſe fatebimur; impura nimirum, nugatoria, futilia & pertractatè facta. Ipſi verſus qvibus expreſſa, ſpurcidici, ut primarius ſcenæ hujus artifex Plautus inqvit, & immemorabiles. Ibi perjurus leno, meretrix mala, paraſitus edax, Sycophanta impudens ſpectabatur: (10) qvæ agendo exprimere atqve vivis qvaſi adumbrare coloribus, nemini ſane honeſto, ſed ſcurris maleferiatis, aut circulatoribus, hujusq; furfuris balatronibus & gumiis convenit. Nobis qvùm nihil ſit cum Circenſi inſania, cum impudicitia theatri, atrocitate arenæ, xyſti impudentia; noſtra præterea dramata, non alias fermè, qvam illuſtres ac graves hiſtorias ac freqventer ex ſacris deſumptas literis repræſentant, neminem ſane cum rigidis Calvini aſſeclis Riveto, (11) Ameſio, (12) aliisq; tam fimbriatæ frontis ingeniiq; aſperi & infeſtivi fore arbitror, qvi ea è ſocietate Chriſtiana tanqvam feralia piacula proſcribenda exiſtimabit. Qvid enim id genus dramata aliud ſunt, qvam ſpecula lucidiſſima, in qvibus non tantum providentiæ divinæ in gubernatione actionum humanarum mirandam diſpoſitionem, ſed & varia hominum ingenia, mores, actiones, fortunas, conſilia eorumqve eventus contueri, atqve inde ſibi qvod imiteris capere, inde qvod fœdum inceptu, fœdum exitu vitare licet. Velut nervoſè acutiſſimus Dannhauerus: (13) *Eſt paucis*, inqvit, *ut omnia complectar drama ſcenicum, hiſtoria viva, ſpeculum vitæ, cos ingenii, morum lima,* παθῶν ϗ ἠθῶν *idea, illecebra virtutum,* κοσμολύκειον *vitiorum,* παῤῥησίας *ſuſcitabulum.* Jam qvanta ludorum theatralium in ludis literariis ſit neceſſitas, qvanta utilitas Viri doctrina & judicio clariſſimi, qvi Scholas aut novas conſtituere, aut conſtitutas jam legum cautione & prudentia tuentur & conſervant, pridem graviſſimis rationibus ivere aſſertum. Nobis impræſens unum adduxiſſe ſufficiat eumqve πολλῶν ἀντάξιον ἄλλων celeberrimum nimirum & laude noſtra majorem Morhofium, cujus Polyhiſt. lib. 2. c. 4. p. 345. ſeqq. hæc verba ſunt: *Moroſi ſunt & inepti homines, qvi juventutem ab his exercitiis arcent, aut omnem theatri uſum, cultioribus gentibus familiarem, è republica tollunt. Longè firmius hærent in animo exempla virtutum per actionum ſimulachra propoſita, atqve illa ipſa actio characterum moralium & civilium lineamenta in animis teneræ juventutis ducet, ne poſtea in converſatione ſtipites ſint, aut in alium ſibi orbem delati videantur.* Cùm itaqve, abſoluto his diebus examine publico, jam ſolvere nonnihil frontem & liberali voluptate perfundere animum Diſcipulis conceſſerimus, ut etiam ſeveriores curas ſuas, honeſto non minus, qvàm utili otio diſpungerent, DANIELEM THEONEIROCRITEN, Clariſſimi Viri, M. Joh. Baptiſtæ Hebenſtreit, Gymnaſiii Ulmani qvondam Profeſs. celeberrimi, drama certè, ſi qvod aliud concinnè ac eruditè elaboratum, cras (ſi dederit hoc DEUS) horis pomeridianis, in Ædibus Nobil. & Ampliſſimi Senatus vulgo Brephan-Hauß dictis, in ſcenam producent. Qvô, utinam ex voto, peractô, cùm iterum, divina favente gratia, IX. numero ex diſciplinæ noſtræ alumnis, nimirum *Michael* Hoffmann/ *Höckend. Miſn. Al.*

Theodorus Cramer, Dreſd.	*Chriſtianus* Schumann/ *Dreſd.*
Matthias Wagner/ *Poſon. Hungarus.*	*Joh. Dan. Longolius, Langebr. Miſn.*
Gabriel Klinger / *Dreſd.*	*Joh. Georgius Thammius, Dreſd.*
Chriſtoph. Käferſtein/ *Waldenb. M. Al.*	*Chriſtianus* Dorisch/ *Dreſd. Alumn.*

Cùm, inqvam, Adoleſcentes hi, pii, modeſti atq; induſtrii eò tandem usqve ſtudiorum ſuorum limites feliciter produxerint, ut ex Scholæ noſtræ umbra ad publicam Academiæ lucem & libertatem merito ſuo dimitti poſſint; eorum & ſuo nomine THEODORUS CRAMER, Parentis laudatiſſimi Filius ut modeſtia & pietate ſingulari, ita non minoris ſpei & expectationis, publicâ grati animi memoriam relicturus, Patronis, Parentibus, Præceptoribus Condiſcipulisqve *Valere dicet.* Cui DANIEL FRIDERICUS LUCIUS, Dreſd. ſatis eleganti Heroico carmine reſpondebit, eiqve ac comitibus feli-

(10) Plautus Prolog. in Capt. Conf. Terent. Prolog. in Heaut. & Pontani Progymn. 100. lib. 1.

(11) Explic. Decal. p. 343

(12) l. 5. Caſ. Conſc. c. 39.

(13) Hodomor. Spir. Calv. Phanras. 6. p. 1304.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-3418-p0003-8

BK IIg 568

feliciſſimos adprecabitur viales. Nos, ut par eſt, qvin & meruere, abeuntes piis proſeqvimur votis ac ominibus. Faxit ſupremum Numen, ut ſpem qvam hactenus de ſe concitaverunt, non ſuſtineant tantum & tueantur, ſed & invidendo auſu ſuperent, neqve in Muſarum hac, qvam ingrediuntur, Palæſtra, cum honeſta nominis famæqve jactura ſuccumbant, qvin potius impenſi & exhauſti laboris brabea referant ampliſſima. γένοιτο! Qvod ſupereſt Vos ego Literarum Proceres & PATRONI, Cultores item atqve Amici, Viri illuſtribus, honorificis & officioſis titulis compellandi denuo rogatum venio, ut exercentium ſtudium ſolito favore ac benevolentia proſeqvi, eorumqve præclaros ad majora conatus honorifica præſentia veſtra animare dignemini. Sic Vos DEUS ſervet! P. P. Dreſdæ Prid. Non. Maj. Ann. ER. CHR. M DCXCI.

PERSONÆ.

Nebucadnezar. *Michal* Hoffmann/ *Hæckend. Miſn.*

Aſchpenazus. *Johannes Geor. Thammius, Dreſd.*

Hierommemon. *Carolus Ludovicus Strunckius. Hannover.*

Gazophylax. *Johannes Theod. Cramerus, Dreſd.*

Ariochus. *Carolus Heinricus Strobelius, Dreſd.*

Areiphilus. *Johan. Fridericus* Günther/ *Kalckreuth.*

Epiſtates. *Chriſtianus Auguſt. Bergerus, Dreſd.*

Semiophorus. *Chriſtianus* Ehrenreich Schäffer/ *Stolp.*

Dromocerix. *Godofredus Kadenus, Frauenſt.*

In Collegiô novô Regiô.

Melzar. *Carolus Heinricus Kühninius, Dreſd.*

Genius bonus. *Dan. Frid. Lucius, Dr.*

Satanas. *Martinus* Lorentz/ *Frauvvald.*

Diſcentes.

Daniel. *Johannes Theodorus Müllerus, Palæo-Dreſd.*

Chananias. *Adamus* Gottlieb Zwürner/ *Dreſd.*

Miſchaëlus. *Carolus* Gottlieb Seebiſch/ *Dreſd.*

Azarias. *Georgius Michael* Rudiſch/ *Dreſd.*

Euphratæi.

1. *Sam.* Gottlob *Manitius, Gœdenſ.*
2. *Adam. Heinr. Jæckellius, Sadisdorff.*
3. *Heinr. Auguſtus Jacobi, Dreſd.*
4. *Johan.* Ernſt Hecht/ Scharffenſt.
5. *Heinr. Benjam.* Promnitz/ *Pirn.*
6. *Heinr.* Traugott Fincke/ *Dreſd.*
7. Chriſtian. Ehrenr. Schäffer/ *Stolp.*

Docentes.

Mithrobarzanes. *Phil. Jacob* Mehl/ *Mœno Francof.*

Zachlas. *Joh. Daniel Longolius, Langebrück.*

Oſthanes. *Joh. Chriſtiaaus Hauffius, Meding.*

Borſippinus. *Chriſtianus Schumannus, Dreſd.*

Arteſius. *Matthæus Wagnerus, Poſonienſ. Hung.*

Damigeron. Michael Heilſcher/ *Hayn.*

Germa. *Chriſtiauns Nicolaus* Hunger/ *Waldheim.*

Belchiorus. *Eman.* Wentzel *Geiſing.*

Orus. *Ioh. Daniel* Schmidt/ *Dreſd.*

Hammon. *Godofr.* Sachſe/ *Ortrant.*

Naburianus. *Johan.* Cadner/ *Fürſtenav. Miſn.*

Diophanes. *Andreas Sartorius, Caſſâ Hung.*

Procilla. *Chriſtianus Frider.* Gentz/ *Dreſd.*

Paterfamilias. *Gabriel Klingerus, Dreſd.*

Vidua anus. Abraham Hantzſche/ *Stolp. Miſ.*

Deſerta. *Georgius Michael* Rudiſch/ *Dreſd.*

Ruſticus. *Andreas* Gottlieb *Manitius, Gœdenſ.*

Harpagus. *Chriſtian.* Doriſch/ *Dreſd.*

Palæſtrio. *Johannes Chriſtian. Milleſius, Zittav. Luſ.*

Onocentes. *Johanes Georgius* Schneider/ *Dippoldisvv.*

Copa. *Johannes Reinhardus* Neumann/ *Pirn. Miſn.*

Epilogus. *Johannes Theodorus Kôhlerus, Dreſd.*

(o)

MC

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-3418-p0004-3

GRavioribus curis aliqvando interpo-
nendam eſſe qvietem, animumqve ſeverioribus fatiga-
tum ſtudiis honeſto otio laxandum, non una tantum &
conſtans, ſed & contritiſſima Sapientum eſt ſententia.

(1) De tranqvill. animi c. ult.

Ut enim, dicente alicubi Seneca, (1.) fertilibus agris non
eſt imperandum, cito namq; exhauriet illos nunqvam
intermiſſa fœcunditas: ita animorum impetus aſſidu-
… iturqve ex aſſiduitate illius non
… tudo, ſed animorum etiam hebe-
tatio qvæ … qviete excitatur alacritas, levatur
faſtidium … ris contentione oririſolet, adeò ut
non minu … nus Poeta canat: (2.)

(2) Papinius Statius. cõf. Barth. Adv. l. 6. c. 1.

… ſius: *inſtillat) alitq;*
… *a Virtus.*

Otii … m illam & inertiſſimam intelli-
gunt igna … tantum dediti ac ſomno, indocti
incultiqve … ſeunt; ſed negotioſum illud &
honeſtum … nus Africanus appellatus eſt, te-

(3) Cic. III. Offic. c. 1.

ſte Catone … t: (3) nunqvam minus otioſum
ſe eſſe, qvàm … , qvàm cùm ſolus eſſet. Illud
otium qvod … actionem ſuam: qvod Plinius

(4) Ep. 36. (5) lib. 1. Epiſt. 9.

Secundus (… benè omni negotio pulchrius eſ-
ſe dixit: n … a & à publicis negotiis feriata,
vel libris ve … piam honeſtæ rei peragendæ
expenduntu … m, non jucundo minus, qvàm
ſalutari otio … m honeſti otii genus eſt, qvod
non tantùm … oblectatione perfundat, ſed &
inſignem in … em, ſpectacula ſunt, & ludi qvi
vocantur th … antum lætitiam & exercitatio-
nem Virtut … recreationem à Sapientiſſimis
Rerumpubli … ſolùm, ſed & inſtituti ſunt.
Non eqvider … qve ab honeſtate remotum fu-

(6) Vid. præf. Cornelii Nep. in Vit. Excellent. Imper. conf. Lamb. in eundem locũ. Douzã in Plaut. Explan. p. 4. Pontan. Annot. in Progym. 100. lib. 1.

iſſe apud Ve … ſtrionicam, (6) qvare non alii
ferme apud e … biorum manipuli, cataſtarum
præſertim ac …

Et q … pependit,

Ac licet … n non adeò magno in pretio,
munerumqve … fuere; hinc Cicero de Roſcio:
(7) *Etenim q … dignus videatur eſſe, qvi in*
ſcena ſpectetu … accedat. Neqve etiam me
præterit, qvan … bitate in ſpectacula & ludos
theatricos inv … Doctores, Tertullianus, Cy-
prianus, Lacta … s & alii, (8) Qvid? qvod Sal-
vianus graviſſi … efferbuerit ardoris, ut ſcribe-
re non dubitar … *ſt ac pompis ſuis, ac per hoc*

(7) Or. pro Qvint.

cum redimus a … Chriſti. Verùm enim verò

(8) Vid. Conzen. lib. 3. Pol. c. 13. Dannh. Hodomor. Spir. Calv. Phantas. 6. p. 1302.

ut ὕϛερον πρώτερ … us & inqviſitius cum animo
ſuo reputaveri … m ad deteſtationem ſpecta-
culorum indux … ſimo hoc ſuccenſos zelo, ni-
hil aliud cogita … atqve egiſſe, qvàm ut novella Chriſti germina à
fœdiſſimis gentilium ſpectaculis, in qvibus turpiſſima flagitia idololatriæ,
ſcortationis, inceſtuum (ut deteſtandas gladiatorum, mirmillonum, beſtia-
riorum, threcum, meridianorum, retiariorum, pegmarium lanienas ſilen-
tio prætervehar,) oculis hominum ſubjicebantur, arcerent qvàm longiſſimè.

(9) l. 6. de gubernat. DEI conf. Dürrii Theol. moral. c. 19. p. 244.

Nec diſpar fortaſſe priſcis Romanis, morum cenſoribus graviſſimis, cauſa
fuit

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-3418-p0005-9